

22

OBSERVAT. SIDEREÆ

voraginum, & lacunarum sit frequentia, adeoq; profunda-
rum, ut sublimium nauigiorum non modo carina, verum
etiam puppes, mali, ac vela inter illas abscondantur. Quia
igitur in ipsa Luna, & circa eius perimetrũ multiplex st
emine ntiarũ & cavitatum coordinatio, & oculus e longin-



quo spectans in eodem fera
plano cum verticibus illa-
rum locatur, nemini mirũ
esse debet, quod radio visorio
illos abradenti, secundum æ-
quabilem lineam minimeq;
anfractuosa sese offerant.
Huic rationi altera sub-
necti potest, q; nẽpe cir-
ca Lunare corpus est, vel-
uti circa Terram, orbis
quidã dẽsioris substãtiæ
reliquo æthere q; Solis ir-
radiationem concipere
atq; reflectere valet, quã-
vis tanta non sit opacita-
te præditus, vt visui (præ-
sertim dum illuminatus nõ
fuerit) trãsitum inhibere
valeat. Orbis iste a radiis
Solarib. illuminatus, Lu-
nare corpus sub maioris
sphærę speciẽ reddit, re-
præsentatq; essetq; potis
aciẽ nostram terminare,
quo minus ad Lunæ soli-
ditatẽ pertingeret, si cras-
sities eius foret profun-

dior atq; pfundior quidẽ est circa lunæ peripheriam,
profundior inq; non absolute, sed ad radios nostros,
oblique illum secãtes, relatus, ac p inde visum nostrũ